7595

Bibl. Jag.

IV

FR. AUGUSTINUS OBR[illegible]PALSKI.

Ordinis Minorum S, Patris FRANCISCI Regularis Obſervantiæ, Prædicator Generalis Di[illegible]tor Habitualis, Provinciæ Majoris Polon[illegible] Ex-Commiſſarius Generalis, nec non Almæ Provinciæ, Minoris Poloniæ.

MINISTER PROVINCI[illegible]LIS.

& SERVUS.

Dilectis Nobis in Chriſto Magnificis Domino Mathiæ Soltyk Generali, et Dilectissimæ [illegible]rti ejus Constantiæ

Salutem in Domino ſempiternam & Seraphicam Benedictionem.

QVantùm præpotens DEus Liberam & ſpontaneam adamaverit elargitionem, quantiq; meriti & acceptationis tam in præſenti, quàm in futuro apud Eum extiterit Elemoſyna, hoc irrefragabili æternæ Veritatis atteſtantis comprobatur eloquiô: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Vigeant quæcunq; prœmianda merita ipſis etiam Virtutibus Cardinalibus, ceu quibuſdam affixa cardinibus; floreant numerandæ ſinè numero Virtutes, Fide, Spe, Charitate ſolidatæ, careant tamen bonorum operum nutrimento, certè ſi non eaſdem mori, ſaltem deficere & langveſcere continget, fidem huic veritati præſtante Gentium Magiſtro Divo Paulo: Fides ſine bonis operibus mortua eſt Hanc certè nunquam in veris Chriſti Fidelibus, Ordo Seraphicus, Evangelicâ profeſſ9 Paupertatem advertit parſimoniam, imò nihil habentes, penuriamq; planè quotidianam perferentes, de hac qua DEus Ter Optimus Maximus Benefactores Noſtros ditavit & donavit benedictione, ſuo quoq; Divinæ Bonitatis influxu participes de eorum donis ac datis Nos efficit, & benigniſſimè per eorum affectus & inclinationes neceſſaria providit, quibus pro parvis magna, pro terrenis Cæleſtia retribuenda, Divino repromiſit oraculo. Quàm Divinam bonorum ſibi à DEO concreditorum & Nobis oblatorum affluentiam dum in Magnificis Dominationibus vestris -- perſpexerimus, & experti ſimus, tantis beneficijs egeſtati noſtræ impen[illegible] & imposterum impendendis, cùm nulla valeat à Nobis temporalis conferri retributio, eam de ſumma Bonitate DEi, & Sanctiſſimi [illegible]ſtri FRANCISCI meritis, Spirituali ſaltèm proſequamur gratitudine, idcircò in ſymbolum ſpecialis regratificationis Suas M[illegible]Dominationes Vestras in Confraternitatem Noſtram ea lege [illegible] Authoritate, quam deſuper habemus, recipimus, & adnu[illegible] fratresq; Noſtros in vita pariter & in morte nominamus, omnibus Privilegiis & indultis Apoſtolicis pro ſimilibus Confra[illegible]tis & impetrandis, uti, frui, & gaudere poſſint & valeant. Plenam inſuper largientes participationem, omnium Spiritualium [illegible] Miſſarum videlicet, Orationum, Suffragiorum, Iejuniorum, Pœnitentiarum, Diſciplinarum, Vigiliarum, Prædicationum, [illegible], cæterorumq; bonorum operum quæ per Servos ſuos, & Fratres Noſtros, nec non & per Sorores Tertii Ordinis Miniſteriali No[illegible] Iurisdictioni ſubiectas Divina Bonitas fieri permiſerit, & clementer approbaverit. Quam participationem per Nos declaratam in terris, ut Sanctiſſima Trinitas Pater, Filius, & Spiritus S, ratificare, & confirmare dignetur in Cælis, Divinam ſupplices exorramus Maieſtatem, ac in Viſceribus IESV Chriſti exoptamus. Datum in Conventu Noſtro Alvernensi Die 1 Menſis Martii Annô Domini 1744

Fr. Augustinus idem qui supra Minister Provincialis mpp

THOMAS CERVINUS
PATRIARCHA HIEROSOLYMITANUS.

UNiverſis, & ſingulis præſentes noſtras inſpecturis fidem facimus indubiam, atque teſtamur, quatenus Nobis exhibitis quibuſdam Sacris Reliquiis, ea ex authenticis locis extractas, ac documentis authenticis, Sigilloque munita recognovimus, ex quibus ſequentem, videlicet Particulam ex Ossibus S. Mathiæ Apostoli in parva Theca argentea formæ ovatæ, filo serico

coloris rubri colligatam noſtroque in cera rubra hyſpanica impreſſo Sigillo pro illius idemtitate obſignatam repoſitam ad majorem DEI gloriam, & eiusdem S. Mathiæ Apli venerationem dono dedimus, & elargiri fuimus Revo Dno Hiacyntho Boni Sacerdoti

ad effectum dictam Sacram Reliquiam penes ſe retinendi, aliis donandis, extrà Urbem mittendi, & in quacumque Eccleſia, Oratorio, ſeu Cappella, publicè Fidelium venerationi exponendi, & collocandi. In quorum fidem has præſentes manu Noſtra ſubſcriptas, Noſtroque firmatas Sigillo expediri mandavimus. Datum Romæ ex Ædibus noſtris hac die 12 Octobris 1746

T. Patr.cha Hierosolym.nus

Gratis ubique.

Philippus Ant. Juliani Prosecr.

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Ruſsiæ Pruſsiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæq; Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.

Significamus præsentibus Litteris Noſtris quorum intereſt Universis et Singulis. Quia Nos singularem rationem habentes meritorum Nobis et Reipublicæ præstitorum Generosi Mathiæ Soltyk Generalis Majoris Exercitus Noſtri faciendum eſſe duximus, ut Ei Pincernatum Sandominiensem post Fata Generosi Thomæ Ożarowski Pincernæ Sandominien: vacantem daremus et conferremus, uti quidem damus et conferimus præsentibus Litteris Noſtris, ita ut Eundem Pincernatum Palatinatus Sandominiensis cum omnibus Juribus Prærogativis de Jure et consvetudine convenientibus teneat, habeat et poſſideat ad extrema Vitæ suæ tempora, seu Majoris alicujus dignitatis Aſsecutionem. Quod ad Notitiam omnium quorum intereſt, præsertim verò Mſcorum et Gnosorum Senatorum, Dignitariorum et Officialium Universæq; Nobilitati Palatinatus Sandominiensis deducendo volumus, mandamusq; ut memoratum Gnosum Mathiam Soltyk pro vero legitimo et actuali Pincerna Palatinatus Sandominiensis habeant, nominent et agnoscant, Ipsiq; de loco Juribus Prærogativis, Præeminentijs et Obventionibus, de Jure et Conſvetudine convenientibus respondeant et ab alijs responderi curent Pro Gratia Noſtra. In quorum fidem præsentes Manu Nrã subscriptas Sigillo Regni communiri juſsimus. Datum Varsaviæ Die VI. Mensis Julij Anno Domini MDCCLIV. Regni verò Noſtri XXI. Anno.

Augustus Rex

Pincernatus Sandominiensis poſt Fata Gnosi Thomæ Ożarowski vacans Gso Mathiæ Soltyk Generali Majori Exercitus Regni confertur.

Joannes Kloſowski Canonicus Cathedralis Premisliensis S. R. M. ttis Sigilli Regni Secretarius.

Pro Cancellariatu

Illmi Excellmi et Rndssmi Domini
Michaelis Comitis de Granow Wodzicki
Decani Cathlis Cracovien Abbatis
Commendatarij Cerveney et Clavis Tur
bae Pro Cancellarij Regni

Sigillatum

In Castro Sandomiriensi Feria Quarta
post Festum Sae. Margarethae Virginis
et Martyris Anno Dni 1.7.5.7.

Ad personalem oblationem Laurentij Casimiri
Adami Potębowski Privilegium in Consensu
tum in acta praesentia susceptum et inductum

Augustus Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq̄
Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector

Significamus præsentibus Literis Nostris, quorum interest Universis et Singulis. Quod cum Dignitarij, Officiales Universaq Nobilitas Palatinatus Sandomiriensis pro Jure et Instituto Regni Nostri ad Vacantem post Fata Gnrosi Alexandri Borowski Succamerariatum per instrumentum Electionis Suæ Authenticum inter quatuor Candidatos huic Officio gerendo idoneos Generosum Mathiam Soltyk Pincernam Sandomiriensem proposuissent, Nos rationem habentes meritorum præfati Gnrosi Mathiæ Soltyk, varijs in occasionibus nobis et Reipublicæ fideliter præstitorum favendum esse duximus, ut eidem memoratum Succamerariatum Palatinatus Sandomiriensis daremus et conferremus. Uti quidem præsentibus Literis Nostris damus et conferimus cum omnibus Juribus, Prærogativis, Immunitatibus, et Obventionibus huic Muneri de Lege vel antiqua praxi servientibus, ad extrema vitæ Suæ tempora, vel altioris alicujus Dignitatis sive Officij Assecutionem. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis ac Generosis Senatoribus, Dignitarijs, Officialibus, Universæq Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis notum esse volentes mandamus, ut ab hinc præfatum Generosum Mathiam Soltyk pro vero, legitimo et Actuali Succamerario Sandomiriensi, habeant, nominent, et agnoscant, Eiq de loco, Juribus, Prærogativis et Immunitatibus huic Officio Servientibus et Ipsi respondeant et ab alijs responderi curent, pro Gratia Nostra Regia. In quorum Fidem præsentes Manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXVIII Mensis Martij Anno Dñi MDCCLVII Regni vero Nostri XXIV Anno.

Augustus Rex

Succamerariatus Palatinatus
Sandomiriensis post fata Gnrosi
Alexandri Borowski vacans Gnroso
Mathiæ Soltyk Pincernæ Sandomiriensi
in Exercitu Regni Generali Regimentario
confertur.
Antonius Sikorski S.æ R.æ M.tis
et Sigilli Regni Secretarius

In Castro Sandomiriensi Feria Quinta Magna Caenae Domini Anno Ejusdem 1757.

Ad personatem Oblationem Illustris Magnifici Matthia Soltyk Succamerarij Palatinatus praesentis Sandomiriensis, Generalis Exerci:
tuum S. R. Mtis et Reipublicae Locumtenentis Privilegium intro contentum a S. R. Mtte de super munus Succamerariatus Palatinatus Sandomiri:
ensis benigniter collatum in Acta praesentia Susceptum ac Induetum

Idemque Illustris Magnificus Matthias Soltyk Succamerarius Palatinatus Sandomiriensis et ad Tribunal Regni Lublinense ex eodem
Palatinatu Judex Deputatus Coram Magnificis Christophoro a Rekle Reklewski Subdapifero et Notario Castrensi Checinensi, Michaele Anto:
nio a Leszczka Leszczynski Pincerna et Notario Castrensi Stezycensi, Martino a Mikulowice Mikulowski Thesaurario ac Casimiro
Zerawski Vicepalatinis Sandomiriensibus, Maximiliano Iberowski Wislicensi, Josepho de Naglowice Rey Pilznensi Vexilliferis, Joanne de Miase:
czno Piasecki Ensifero Podoliae, Josepho Kietlicki Capitaneo Jodlowiensi, Constantino Bogurya Mlodnicki Vexillifero Zarnoviensi, Matthia de
Zeby Laskowski Dapifero Bielscensi, Jacobo Kadzienski Vicesgerente Castri Checinensi, Maximiliano Trzecieski Thesaurario Districtus Radomiensis,
Ignatio de Koxyce Kossakowski Vicesgerente Castri Pilznensi, Andrea Bielinski Burgrabio Castri Radomensi, Cajetano Vexillatori Nowogrodensi, et Josepho
Vexillifero Zarnoviensi Bogurya Mlodnicki, Petro Miecowski Vexillatori Chelmensi, Michaele Trzebienski Vexillatori Dobrinensi, tum Generosis Algo:
berto Dapiferide Vendome, Ignatio Thesaurarides Sandomiriensi Mikulowskie, Benedicto Maciejowski, Thoma Trzebienski Vexillatoride Dobrinensi, Nereo Bronicowski Vexillatoride Pilznensi, Lucas Dzierzek Camerario Terrestri Bielscensi, Raphaele Karwowski, Casimiro Berycki Albe:
Legato Castri Neocorcinen, Stanislao Lisicki Stanislao Wysocki, ac alys Plurimis Nobilitatis Palatinatus praesentis Sandomiriensis et Districtuum ac Terrae ejus:
dem Personis, Juramentum super munus Succamerariatus Palatinatus praesentis Sandomiriensis, rotante suprascripto
Magnifico Reklewski Subdapifero Palatinatus praesentis Sandomiriensis et Notario Castrensi Checinensi juxta rotham Constitutionis Regni a. 1588 descriptam praestitit Corporale.
Nicolaus Wyrzykowski A. C. C. S. Sandomiriensis

Pro Cancellariatu

Illmi Excellmi & Rndmi Dni Michaëlis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracoviae Abbatis Commendatarij Czervenensis & Clara Tumbe Procancellarij Regni

Sigillatum

8

Augustus Tertius DEI Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ,
Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq[ue], nec non
Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.

Significamus præsentibus literis Nostris, quorum interest, Universis et Singulis. Quod cum Generosus Mathias Sołtyk, Succamera=
rius Sandomiriensis constanti et nunquam mutata fide, Nobis et Reipublicæ insignia merita contestatus sit,
ideo intuitu eorundem meritorum, quo alacriorem ad ulteriora Nobis præstanda reddere Eum volentes, facien=
dum esse duximus, ut Ipsi Castellanatum Sandomiriensem, post liberam resignationem Magnifici Michaëlis Sołtyk
vacantem, et ad Dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus, et Conferremus, uti quidem præsentibus literis
Nostris, cum Iurisdictione, Iuribus, Prærogativis, Obventionibus, Immunitatibus et Observationibus, ex lege, Praxi,
et antiqua Consvetudine huic Dignitati servientibus damus et Conferimus ad extrema vitæ Suæ tempora, vel sublimio=
ris Stalli Senatorij assecutionem. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Mgfcis ac Gnsis Senatoribus
Dignitarijs et Officialibus, universæq[ue] Nobilitati Palatinatûs Sandomiriensis notum esse volentes, mandamus,
quatenus præfatum Generosum Mathiam Sołtyk Succamerarium Sandomiriensem abhinc pro vero, legitimo, et indu=
bitato Castellano Sandomiriensi habeant et agnoscant, Eiq[ue] de loco, Authoritate, et Prærogativis, et Ipsi respon=
deant, et ab alijs responderi Curent. Pro Gratiâ Nostrâ Regiâ. In quorum fidem præsentes manu Nostra sub=
scriptas, Sigillo Regni Communiri jussimus. Dabantur Varsoviæ, Die VII Mensis Iunii Anno Domini
MDCCLXI Regni vero Nostri XXVIII Anno.

Augustus Rex

Castellanatus Sandomiriensis
post liberam resignationem Magnifici
Michaëlis Sołtyk vacans Generoso
Mathiæ Sołtyk, Succamerario Sandomi=
riensi Confertur.

Antonius Wyszyński Varsaviens. Sandomiriens.
Canonicus S. R. Mttis Secretarius mpp

In Castro Sandomiriensi
Sabbatho ante Festum Sae
Margarethae V. et Mpro
A. D. 1761.

Ad personalem oblationem Ggs. Lucae
Dzierzek Privilegium intro contentum
a S. R. M. benigniter collatum in acta
praesentia susceptum ac inductum.

Pro Cancellariatu

Illmi Excellmi et Rndmi Dni Michaëlis Comitis de Granow Wodzicki Episcopi Premysliensis Abbatis Commendatarij Corvenensis et Clarae Tumbae Pro Cancellarij Regni.

Sigillatum

In Castro Sandomiriensi Sabbatho ante Festum S^tæ Margarethæ V. et M. p.^xo A.D. 1761.

Ad personalem oblationem Gri Lucæ Dzierzek Privilegium intro contentum a S.R.M. benigniter collatum in acta præsentia suscepta ac inducta

Procancellariatu

Illmi Excellmi et Rndissimi Dmni Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Episcopi Premysliensis Abbatis Commendatarij Covernensis et Claræ Tumbæ Procancellarij Regni

Sigillatum

Augustus Tertius DEI Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ Masoviæ Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. 10

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest, Universis et singulis. Quod cum Generosus Mathias Soltyk Succamerarius Sandomiriensis constanti et nunquam mutata Fide, Nobis et Reipublicæ insignia merita contestatus sit, ideo intuitu Eorundem meritorum quo alacriorem ad ulteriora Nobis præstanda reddere Eum volentes, faciendum esse duximus, ut Ipsi Castellanatum Sandomiriensem post liberam resignationem Magnifici Michaelis Soltyk vacantem, et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, uti quidem præsentibus literis Nostris, cum Jurisdictione, Juribus, Prærogativis, Obventionibus, Immunitatibus, et observationibus ex Lege Praxi et antiqua consvetudine huic dignitati servientibus damus et conferimus ad extrema Vitæ Suæ tempora, vel Sublimioris Stalli Senatorij assecutionem. Quod Omnibus quorum interest præsertim vero Magnificis ac Generosis Senatoribus, Dignitarijs et Officialibus, Universæq Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis Notum esse volentes mandamus quatenus præfatum Mathiam Soltyk Succamerarium Sandomiriensem, abhinc pro Vero legitimo et indubitato Castellano Sandomiriensi habeant et agnoscant, Eiq de loco, Authoritate et Prærogativis et Ipsi respondeant, et ab alijs responderi curent. Pro Gratia Nostra Regia. In Quorum Fidem præsentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Dabantur Varsaviæ. Die VII. Mensis Junij Anno Domini MDCCLXI. Regni vero Nostri XXVIII. Anno.

Augustus Rex

L. S.

Castellanatus Sandomiriensis post liberam resignationem Magnifici Michaelis Soltyk vacans Generoso Mathiæ Soltyk Succamerario Sandomiriensi confertur.

Antonius Wyszynski Varsaviensis Sandomiriensis Canonicus S.R. Mttis Secretarius mp

x:

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ
Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq[ue].

Significamus præsentibus Literis Nostris Quorum interest Universis et Singulis. Quia Nos habito respectu meritorum, Nobis et
Reipublicæ præstitorum, Magnifici Mathiæ Sołtyk, Castellani Sandomiriensis, faciendum esse duximus, ut Ipsi Advocatiam
Borek dictam in Capitaneatu Roporzycensi, Districtu Opocnensi consistentem, post fata Ipsæ primarum Wasolini-
ska, Secundarum vero Nuptiarum Kotowska vacantem, et ad Dispositionem Nostram Regiam devolutam, daremus et conferre-
mus, prout quidem damus et conferrimus præsentibus Literis Nostris, ita ut eandem Advocatiam, præfatus Magnificus Mathias
Sołtyk Castellanus Sandomiriensis, cum omnibus Villis, Prædijs, Fundis, Agris, Pratis, Campis, Hortis, Sylvis, Nemoribus, Fluvijs,
Fluminibus, Piscinis, Lacubus, Molendinis, Tabernis, Braxatorijs Subditis, Eorumq[ue] Laboribus, Censibus, Usibus, Fructibus, Datio-
nibus commodis et emolumentis, cunctis deniq[ue] Attinentijs et Pertinentijs, antiquitus Spectantibus, nullis planè exceptis, generi
per Speciem et è contra, in nullo nihil derogando, tenebit, habebit, et possidebit, ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus autem
pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos Serenissimosq[ue] Successores Nostros, ab usu et pacifica Possesione, dictum
Mgicum Mathiam Sołtyk Castellanum Sandomiriensem, amoturos, aut alienaturos, neq[ue] amovendi aut alienandi potestatem cui-
piam daturos, sed Salvum et integrum Jus Advitalitiale Eidem conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt.
Ratione cujus Advitalitatis, Solitam Proventuum Quartam partem quotannis Mgicus Mathias Sołtyk Castellanus Sandomiri-
ensis, ad Thesaurum Regni inferre tenebitur. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ et Ecclesiæ Romano-Catholicæ salvis. In
quorum fidem præsentes Manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Dabantur Varsaviæ Die XII. Mensis
Decembris, Anno Domini MDCCLXIV. Regni vero Nostri Anno 1.

Stanislaus Augustus Rex.

Advocatia Borek post fata Generosæ
Kotowska Magnifico Mathiæ Sołtyk Castellano
Sandomiriensi confertur.

Clemens Kozłowski Sigilli majoris Regni
protunc Secretarius mp[ropria]

Przewłocki Borek

Cancellariatu
Illustrissimi et Excellentissimi Domini,
Domini Andreæ Comitis in Biezun
et Kutno à Zamosć Zamoyski
Supremi Cancellarij Regni Cuiavovien[sis] &
Capitanei

Sigillatum.

In Nova Civitate Corczyn Feria Quinta
in Vigilia Festi Sancti Thomæ Apostoli
Anno Domini 1764to.
Ad personalem Oblationem G[ene]ri[o]si Stanislai
Jastrzębiec Kozłowski Subdelegati Jurati
loci præsentis Privilegium S. Regiæ M[aies]t[a]tis
introcontendum in Acta præsentia Susceptum
ac Inductum.

Działo się w Warszawie, na Kommissyi
Rzeczypospolitey Skarbu Koronnego
Prawem Konfederacyi Seymu Convo
cationis postanowionney, w Interesach
Ekonomicznych przypadkowych, Dnia
Siedmnastego Miesiąca Grudnia Ro
ku Pańskiego tysiącznego, Siedm
setnego Sześćdziesiątego Czwartego.

Kommissya Rzeczypospolitey Skar
bu Koronnego, Oznaymuie komu o tym
wiedzieć należy; iż prezentowany iest Jey
Przywiley Nayjaśnieyszego Króla JMći
Stanisława Augusta, szczęśliwie panuią
cego, z Kancellaryi Mnieyszey Koronney De
data Jego w Warszawie Die duodecima Men
sis Decembris Annô Domini Millesimô Se
ptingentesimô Sexagesimô quartô na Wóyto
stwo Borek w Starostwie Robczyckim, w Wo
iewodztwie Sandomirskim, a Powiecie Opoczyń

skim

leżące, na Osobę Jaśnie Wielmożnego Macie=
ja Sołtyka Kasztelana Sandomirskiego
wydany y służący, którym Przywilejem
Jego Królewska Mość pomienione Wójto=
stwo Borek temuż Jaśnie Wielmożnemu
Sołtykowi Kasztelanowi Sandomirskiemu
jako Dyspozycyi swiey podległe, ra
czył oddać y konserwować; Z Władzy
tedy Urzędu swego, stosuiąc się do Pra
wa pospolitego, y Obligacyi od Rzeczy
pospolitey na Urząd swoy włożoney, tu
dzież do pomienionego Jego Królewskiey
Mości Przywileju, zsyłam Jmci Pana
Jędrzeja Piekarskiego, jako Dworzanina
swego, do wyż położonego Wójtostwa
Borek w Starostwie Robczyckim będącego,
w Województwie Sandomirskim, Powie
cie Opoczyńskim leżącego, zlecaiąc, aby
one wprzód na Dyspozycyą Kommissyi
Rzeczypospolitey odebrawszy, jako nayporządniey

w Ludziach

w Ludziach Budynkach Osiadłości, wszelgłości y Prowentach zinwentował, a potym przerzeczonemu Jaśnie Wielmożnemu Macieiowi Połtykowi, Kasztelanowi Sandomirskiemu, jako nowemu ex vi Przywileju Jego Królewskiey Mości Donataryuszowi, lub Jego Plenipotentowi, w realną Posessyą tosz samo Wszystko Borek cum omnibus predijs, Curijs, edificijs, agris, pratis, silvis, borris, Nemoribus, in ijsq[ue] apiarijs, Fluvijs, Fluminibus, Molendinis Tabernis, Subditis utriusq[ue] sexus, Cmetonibus, eorumq[ue] laboribus, Censibus, Proventibus ab Actu Ejusdem Privilegij, Commodis, Omolumentis, &c. podał, Intromissyi nomine Kommissyi dopuścił, dwa zaś Inwentarze spisawszy, ieden in fundo przy Imu Panu Donataryuszu ma zostawić, a drugi tako podpisany, do Skarbu odesłać. Poddani Mieysca, tamtego powinne

y należyte posłuszeństwo odtąd nowemu Posessorowi pełnić będą powinni. Imci pan tenże Dworzanin na fundamencie Prawa Seymu teyrocznego Convocatio- nis ma Wysłuchać Kalkulacyi, y wszytkich pretensyi gruntowych z uczy- nioney Inwestygacyi, od Imci Pana Administratora tego Wyytostwa, od Actu Wakancyi onego po śmierci nie- gdy Imci Pani pierwszego, Wysokin- skiey, powtornego małżeństwa, Kotow- skiey przeszłey Posesorki, do Actu te- razniejszego Przywileju, y coli stanie się po- każe się wziętych przez ten Czas Admi- nistratorskiej Prowentow, także co by Za poczynione Krzywdy Poddanym y gruntowi wynikało, to wszytko od tegoż terazniejszego Administratora Za Kwitem odbierze, y do Kassy generalney Skarbu Koronnego pre- via quietatione odda; W czym Novus

novus Poseſsor bespieczenstwo Skarbowi Koronnemu cavet, przez przyczynę zaleconego do Listu podawczego ad Intromittendum Dwurzamina.

Z Protokułu Ekonomicznego Kommiſsyi Rzeczypospolitey Skarbu Koronn. wyięto y wypiſano

J. Mierzciewski
Regent K. R. Skarb. Kor.
m. p.

L. Ostaszewski.

Poczem bespieczenstwo Skarbowi Krow
…mu cavet przez przyczynę zaleconego
…tu Podawczego ad Intromittendum
…nna.

…misarnego Kommissyi Rze…
…re wyięto ypiysano.

Ld. Ostaszewski.

Na zpodanie Urzytostwa
Brzek J.W. Sołtykowi
Kasztelanowi Sando=
mirskiemu podawczy
List.

1764

w Warszawie na Komisyi
Sk. Rzpltey Skarb Koron:

Im.

18

Ministerialis Generalis Regni Providus Antonius Moskal de Villa Proźnica, ad Officium et Acta presentia Castrensia Capitanealia Nove Civitatis Corczyn personaliter veniens in vim Sue vere ac fidelis Relationis palam publice libere ac per expressum recognovit, Quia Ipse ad affectationem et Iuridicam Requisitionem Illustris Magnifici Mathia Sołtyk Castellani Sandomiriensis, una cum Duobus Nobilibus videlicet Generosis Josepho Trzemeski et Antonio Wolszczynski, majoris et evidentioris Testimonij gratia Sibi Ministeriali adhibitis ad Bona Ville Borek Regalia in Capitaneatu Kobczycensi existen. Advocatiamque ibidem sitam Borek nuncupatam In Palatinatu Sandomiriensi et Districtu Pilsnensi jacen. et Consisten. Feria Secunda proxime preterita, videlicet die Vigesima Prima Decembris Anno preterito Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quarto personaliter condescendit, ibidemque existens in Eandem Advocatiam, Omnesque et Singulas Ejusdem Advocatie attinentias et pertinentias ac utilitates universas Suprascriptum Illustrem Magnificum Sołtyk moder

nuu

num Requirendem, idque vigore Privilegij seu Instrumenti certi super Eandem Advocatiam à Sacra Regia Majestate Eid. Requirenti benigniter Collati, nunc ad Acta præsentia Feria Quinta in Vigilia Festi Sancti Thomæ Apostoli, Anno proxime præterito Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quarto per Oblatam porrecti intromisit investivit et incorporavit, Obediendiam à Subditis Ejusdem Advocatiæ quam ibidem in Instanti præstiterunt indixit et assignavit, nemine eandem Intromissionem denegante impugnante, aut modo quovis præpediente, Quam Intromissionem Generosus Andreas Pieharski nomine Commissionis Thesauri Regni vigore Instrumenti ab Eadem Commissione Eidem ad id dati et Servientis admisit. De quo Ejusdem Ministerialis præsens est hæc Relatio.

Actum in Nova Civitate Corczyn. vigore Laudi Palatinatus Sandominiensis, Feria Quinta post Festum

dt.

Circumcisionis CHRISTI Domini proximâ. Annô Ejusdem, Millesimô Septingentesimô Sexagesimô Quintô.

Correxit Maciejowski mppria

Lectum per Olszewski

Ad

Intromiſsio in Advocatiam in Bonis Borek Regalibus. sitam pro Ille Ill Mgnâ Sołtyk Castellani Sandomirien

Serviens.

In Nova Civitate Corczyn F. 5. pt. ffm Circumcisionis Xti Dni proxa Ao Dni 1765.

Stanislaus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samo:gitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæque.

Significamus præsentibus Literis Nostris: quorum interest Universis et Singulis; præsertim verò Serenissimis Regibus, Principibus, Electoribus Ecclesiasticis, et Secularibus Fratribus, Amicis, et Vicinis Nostris Charissimis, tum Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus Exercituum præterea quorumvis Mareschalcis, Generalibus, Colonellis, Vice Colonellis, alijsque Officialibus, ac Urbium, Civitatum, Oppidorum, Arcium, Castellitiorum Gubernatoribus, Clas:sium Rectoribus, Præsidibus, Capitaneis, locatenentibus, Burgi Magistris, Consulibus; necnon Portuum, Pontium, Passuum, ac quorumcunque loco:rum Custodibus, ac alijs omnibus qui præsentibus requisiti fuerint cujuscunque Status, Gradûs, Ordinis, et præeminentiæ, Dignitatisque benevo:lentiam, Regni verò Nostri, ac Dominiorum Nostrorum Subditis, Gratiam Nostram Regiam. Proficiscitur prævio Consensu Nostro Regio Magni:ficus Mathias Soltyk Castellanus Sandomiriensis causâ curandæ ægræ Valetudinis suæ extra fines Regni, Quare pro singulari Nostra erga Eun:dem propensione, Omnibus et Singulis commendatum esse cupientes: amanter et diligenter postulamus ac requirimus; ut Ipsi cum Familia Domestica, rebusque omnibus per quæcunque loca iter suum prosecutus fuerit, liberum et securum sine omni impedimento concedant transitum, ac pro necessitate commorationem, parem in Regno Nostro Dominijsque Nostris Cuique appromittendo humanitatem. Subditis verò Nostris secus ne faciant mandamus. In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ. Die X Mensis Maij Anno Domini MDCCLXIX. Regni verò Nostri V. Annô.

Stanislaus Augustus Rex

Consensus S:æ R:æ M:tis una cum Literis libe:ri passus Magnifico Mathiæ Soltyk Ca:stellano Sandomiriensi extra fines Regni causâ curandæ ægræ Valetudinis suæ pro:ficiscenti datur.

Antonius Sikorski S:æ R:æ M:tis
et Sigilli Majoris R:ni Secretarius

In Castro Sandomiriensi Feria Sexta post
Festum Praesentationis Beatissimae Vir
ginis Mariae proxima, videlicet Die Vige
sima Tertia Mensis Novembris Anno
Domini 1770.
Ad personalem Oblationem Generosi Antonij Leibor
Marchocki Capitanei Lelovien Suprafatus
Consensus Sacrae Regiae Maiestatis in Acta praesentia
susceptus ac [illegible]

Cancellariatu

Illrmi Excellmi et Rndmi Domini
Andreae Stanislai Kostka
Młodziejowski
Episcopi Posnanien et Varsavien
Supremi Cancellarij Regni

Sigillatum

Stanislaus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæquè

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis: præsertim verò Serenissimis Regibus, Principibus, Electoribus Ecclesiasticis et Secularibus Fratribus, Amicis et Vicinis Nostris Charissimis, tum Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Exercituum præterea quorumvis Mareschalcis, Generalibus, Colonellis, alijsquè Officialibus, ac Urbium, Civitatum, Oppidorum, Arcium, Fortalitiorum Gubernatoribus, Classium Rectoribus, Præsidibus, Capitaneis, Locatenentibus, Burgimagistris, Consulibus, necnon Portuum, Pontium, Passuum ac quorumcunquè Locorum Custodibus, ac alijs Omnibus, qui præsentibus requisiti fuerint, cujuscunquè Gradûs, Status, Ordinis et Præeminentiæ, Dignitatisquè benevolentiam, Regni verò Nostri ac Dominiorum Nostrorum Subditis, Gratiam Nostram Regiam. Exposuit Nobis Magnificus Mathias Soltyk Castellanus Sandomiriensis, quod causâ ægræ valetudinis suæ extra fines Regni proficisci in Animum induxit; Supplicavitquè ut Ipsi de Gratia Nostra Regia ad hunc effectum Consensum Nostrum Regium dare et impertiri dignaremur. Cui supplicationi benignè annuentes: Consensum Nostrum damus et impertimur, ac pro singulari Nostra erga Eundem propensione, Omnibus et Singulis commendatum esse cupientes: amantèr et diligentèr postulamus ac requirimus, ut Ipsi cum Familia Domestica, rebusquè Omnibus per quæcunquè Loca iter suum prosecutus fuerit, liberum et securum sine omni impedimento concedant transitum, ac pro necessitate commorationem, parem in Regno Nostro ac Dominijs Nostris Cuiquè appromittendo humanitatem. Subditis verò Nostris, secus ne faciant, mandamus. In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XVIII. mensis Julij Anno Domini MDCCLXXI. Regni verò Nostri VII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Consensus S.æ R.æ M.tis una cum Literis liberi passus M.co Mathiæ Soltyk Castellano Sandomiriensi extra fines Regni causâ curandæ ægræ valetudinis suæ proficiscenti datus

Antonius Sikorski S.æ R.æ M.tis
et Sigilli Majoris Regni Secretarius

Cancellariatu
Illmi Excllmi et Rndmi Domini
Andreae Stanislai Kostka
Młodziejowski
Episcopi Posnaniensis et Varsaviensis
Abbatis Commendatarij Heldoviensis
Supremi Regni Cancellarij
Sigillatum
est in Actis

Stanislaus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque

Universis et singulis quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit notum facimus. Postquam ad Regni Gubernacula ita disponente Numine concordibus Poloniae Lithvaniaeque Gentis suffragijs feliciter evecti sumus, confestim, studio benemeritos de Nobis et Republica decorandi, benemerituros excitandi Ordinem Sancti Stanislai Episcopi et Martyris totius Regni et Nostri Patroni seorsivo Nostro Diplomate Die VII. Mensis Maij Anno Domini MDCCLXV. constituimus. Cum itaq[ue] Magnificus Mathias Soltyk Castellanus Sandomiriensis Eques Ordinis Aquilae Albae meritis et virtutibus quae ipsum commendant pollere dignoscatur, Nosque eum gratia Nostra dignum esse judicaverimus, Eundem Ordine praefato Sancti Stanislai condecorandum et numero ipsius adnumerandum adscribendumq[ue] esse censuimus, uti de facto cum Omnibus juribus, praerogativis ad mentem praefati Diplomatis Institutionis ad extrema vitae suae tempora condecoramus, adscribimus, et adnumeramus. Quod Omnibus quorum interest ad notitiam deducendo: Extraneos amicè requirimus, Subditis verò Nostris mandamus, ut praefatum M[a]g[nifi]cum Mathiam Soltyk Castellanum Sandomiriensem pro Equite Ordinis Sancti Stanislai habeant, nominent et agnoscant. In cujus rei fidem praesens gratiae Nostrae documentum manu Nostra subscriptum, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die XVI Mensis Martij Anno Domini MDCCLXXIV. Regni verò Nostri X Anno.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris M[a]g[nifi]co Mathiae Soltyk Castellano Sandomiriensi Datum

Stanislaus Augustus Rex

Antonius Sikorski S. R. M[aies]t[a]tis et Sigilli Majoris Regni Secretarius

Cancellariatu

Illrmi Excellmi et Rndmi Domini
Andreae Stanislai Kostka
Młodziejowski
Episcopi Posnanien et Varsavien
Abbatis Commendatarij Hebdovien
Supremi Cancellarij Regni
Sigillatum
est in Actis

[1763]
Estr. XXV, 112

POSTANOWIENIE Y OPISANIE KONDYCYI ORDERU S. STANISŁAWA

W IMIĘ PANSKIE AMEN

Na wieczną rzeczy pamiątkę.

STANISŁAW AUGUST

Z BOZEY ŁASKI KROL POLSKI

WIELKI XIĄZE LITEWSKI, RUSKI, PRUSKI, MAZOWIECKI, ZMUDZKI, KIJOWSKI, WOŁYNSKI, PODOLSKI, PODLASKI, INFLANTSKI, SMOLENSKI, SIEWIERSKI, Y CZERNIECHOWSKI.

Wſzem w obec y każdemu z oſobna, wiadomo czyniemy. Iż My z zrządzenia naywyżſzey Opatrzności zgodnemi oboyga Narodow głoſami, y podług przepiſu Praw Rzepltey na Tron Króleſtwa tego będąc wynieſieni, do troſkliwego około powſzechnego dobra ſtarania wielce ſkuteczną pomocą bydź ſądziemy, aby cnota pobożnych y Oyczyznie zaſłużonych ludzi Nam dobrze zalecona, ſprawiedliwy nayprzod wzgląd znaydowała, a potym Ich także zaſługi iakowym publicznym łaſki Naſzey Królewſkiey zaſzczytem ozdobione były; y żeby ſię przez takowy ſpoſob wſzyſcy do chwalebnego w dobrym naśladowania, y do naycelnieyſzych dla Rzepltey, y ku Nam czynnosci zachęcali, Order Kawalerow Swiętego STANISŁAWA Biſkupa y Męczennika, Naſzego na Chrzcie y całego Króleſtwa oſobliwego Patrona y obrońcy, tak na wiekopomny wdzięczności dowod, za tak znakomite łaſki y wſtawiania ſię Jego za Nami do BOGA, iako y na większe dla Króleſtwa y Poddanych Naſzych ziednanie od Niego pomocy, poſtanowić umyśliliśmy: iakoż mocą ninieyſzego opiſu poſtanawiamy, y uſtawami niżey wyrażonemi, które ſię iako nayściśley zachować powinny, określony y utwierdzony mieć chcemy.

1*mo* Order nayprzód ten, będzie takowy: na czerwoney wſtędze morowey z białemi brzegami, na lewy bok z ramienia prawego przepaſany bydź ma, Krzyż ośmiorogi, czerwonym ſzmelcem powleczony, między promieniami cztery Orły białe maiący, a weśrzodku Obraz S. STANISŁAWA; na drugiey zaś ſtronie Cyfra, Imię Naſze,

iako

iako Fundatora Orderu, wyrażać będzie; Gwiazda tego Orderu na lewym boku do ſukni przyſzyta, w pośrzodku mieć będzie cyrkuł z tym napiſem: PRÆMIANDO INCITAT, a wewnątrz tego napiſu Laur zielony otaczaiący cyfrę Fundatora Orderu. Co wſzyſtko dla lepſzego obiaśnienia, a tym ſamym zachowania tu odmalować kazaliśmy.

2do Kawalerow liczba ſta przewyżſzać nie będzie, oprócz Króla, Kawalerow Orła białego y Cudzoziemcow, ktòrzyby oſobliwiey byli Nam zaleceni, albo ieżeliby byli w ſłużbie woyſkowey, żeby mieli Rangę Generała Majora przynaymniey.

3tio Na Urodzenie Szlachetne Kawalerow tak z Korony, iako y z Litwy pilny wzgląd y baczenie damy, dla czego żadnego Orderem tym ozdobić nie chcemy, ktòryby wprzód wywodu Szlachectwa ſwego czterema Herbami z ſtrony Oyca, y czterema Herbami z ſtrony Matki, przed iednym z Pieczętarzow Naſzych Koronnych, lub W. X. Litewſkiego, nie uczynił, y o takowym uczynionym wywodzie świadectwa w pełney dokładności, to ieſt przez tegoż Pieczętarza, ktòryby dokumenta wywodu widział, przed Nami nie pokazał, albo kiedy Nam ſię tak zdawać będzie, liſtu pozwalaiącego uczynienia tego w dalſzym czaſie od nas nie otrzymał.

4to Pierwſzeńſtwo y rozrządzenie tym Orderem, poki Nam BOG życia pozwoli, ſobie zachowuiemy, po śmierci zaś Naſzey do Nayiaśnieyſzych Naſtępcow Kròlow Polſkich wolnie obranych będzie należeć.

5to Przyzwoity temu Orderowi ſtròy, ktòry od Nas będzie przepiſany, iako też y zacnieyſze inne Orderu ozdoby w dzień S. STANISŁAWA, y we dni corocznego obchodzenia odprawioney Elekcyi, Koronacyi, y Narodzenia Naſzego, y Nayiaśnieyſzych potym naſtępcow Naſzych, każdy Kawaler Orderu Tego, na ten czas przy boku Naſzym lub na mieyſcu, gdzie My ſię znaydować będziemy, przytomny noſić będzie powinien, a ktòryby tego zaniedbał, oprócz że od każdego z wſpòł Kawalerow napomniany być może y powinien, czerwony-złoty 1. za to, na ubogich w ręce iałmużnika złoży.

6to Jeden z Prałatow Świeckich, ktòry także Kawalerem Orderu Tego ma być, Urzędem Jałmużnika, oraz y Sekretarza, będzie zaſzczycony: Jego powinności będą funkcye Kościelne przed zgromadzonemi Kawalerami odprawiać, protokuł albo Reieſtr wſzyſtkich Kawalerow według powołania zapiſanych, iako nayporządniey trzymać, y

tak

tak dochodu iako y expenſy pieniędzy od Kawalerow złożonych, Reieſtra piſać, y z nich co rok w czaſie poprzedzaiącym Swięto Orderu, przed dwiema Kawalerami Orderowemi, a od Nas do tego wyznaczonemi rachunek oddawać.

7mo Po zeyściu z tego życia którego z Kawalerow Orderu, do Sukceſſorow Jego będzie należało o śmierci Jego Jałmużnikowi donieść, dla zalecenia wſpòł Braciom zbawienney pomocy za duſzę Jego; Order zaś wſpomnieni Sukceſſorowie w przeciągu trzech Mieſięcy w Ręce Naſze odeſłać maią.

8vo Porządek mieyſc podczas zgromadzenia Kawalerow (ieżeliby iakie były) y gdy na publicznych Funkcyach Kościelnych z uſtawy przepiſanych znaydować ſię będą, nie uważaiąc na godność Senatorſką lub więkſze Urzędy Koronne y Litewſkie podług ſtarſzeńſtwa otrzymanego Orderu, zachowany być ma.

9no Dzień ſolenny tego Orderu oſmy Mieſiąca Maja, iako dzień Uroczyſty S. STANISŁAWA Biſkupa y męczennika, Kròleſtwa Polſkiego Patrona na zawſze naznaczamy.

10mo W tę Uroczyſtość S. STANISŁAWA, ieden z Wielebnych Xięży Biſkupow z liczby także Kawalerow Orderu tego na ten czas będących, a ieżeliby z Tych żadnego nie było; Wielebny Biſkup Poznańſki, lub w niebytności Jego pierwſzy w godności Biſkup lub Prałat, żeby Mſzą Swiętą z kollektą o Duchu S. y z Kazaniem podczas niey do tego Swięta y okoliczności dnia Orderowego przyſtoſowanym w Kościele XX. Miſſyonarzow na Krakowſkim Przedmieściu śpiewał, poſtanawiamy. Ktorey Kròl pod baldachimem umyślnie na to przyſpoſobionym, y wſzyſcy Kawalerowie Orderu w Warſzawie obecni ſłuchać będą. Przy krześle Kròlewſkim ma być ſtoł przykryty kobiercem bogatym, na ktòrym tyle Orderow położą, ile ma być nowo przyiętych Kawalerow.

11mo Przytym Stole ſtać będzie iałmużnik y oraz Sekretarz Orderu, ktòry na przyzwoitey tacy, Ordery ieden po drugim Kròlowi do rąk podawać ma.

12mo Po Mſzy ſkończoney ieden z Pieczentarzow Koronnych, Kawalerow maiących odbierać Order, do przyięcia Jego w te ſłowa Oyczyſtym ięzykiem wezwie: „ Jego Kròlewſka Mość Pan Naſz miłościwy rownie pragnąc y przeſzłe zaſługi zaſzczycić, y do przyſzłych zachęcać, wzywa NN. ktorych ma wola ozdobić Orderem „ S. STANISŁAWA, za przyrzeczeniem od Nich dotrzymania obo-

„ wiązkow naſtępuiących„ Sekretarz zaś Orderu, niżey wyrażone powinności zaraz przeczyta.

1mo Aby Kawalerowie wierność y życzliwość, ku Królowi, y Rzeczypoſpolitey do śmierci nienaruſzoną zachowali.

2do Aby ubogich według ſpoſobności wſpomagali, y nie winnie uciśnionych według możności ſwą wſpierali mocą.

3tio Aby wczaſie odbierania Orderu *dwadzieścia y pięć czerwonych-złotych*, co rok zaś *czerwonych złotych cztery na publiczny Szpital* Dzieciątka Jezus w tym Mieście zoſtaiący, *y dwa czerwone złote na Kancellaryą* każdy z Kawalerow Orderu Tego do rąk Jałmużnika oddał; a Kawalerowie Orderu Tego Polacy ieſzcze oprócz tego na Mſze y zbawienny ratunek wſpoł Braci, w Oktawę wſzyſtkich SS. w dzień, ktory Nam ſię zdawać będzie, odprawić ſię maiących, *co Rok ieden czerwony złoty* u tegoż Jałmużnika złożą,

4to Gdy ktory z Kawalerow Orderu z tego zeydzie życia, każdy z Kawalerow Polakow za zmarłego Brata ſtarać ſię będzie, żeby trzydzieści Mſzy odprawione były, y ſami za Duſzę Jego modlić ſię nie omieſzkaią.

5to Aby żaden z Kawalerow inſzego Orderu bez pozwolenia Krola nie przyimował, ani noſił, pod wymazaniem z reieſtru Kawalerow, a od tąd do Polſkich Orderow żaden Polak przypuſzczony nie będzie, ktoryby bez pozwolenia Krolewſkiego Order cudzoziemſki przyiął.

Przyſtępuiący na oſtatek do Tronu Krolewſkiego Kawalerowie, gdy wyrzekną te ſłowa,, Przyrzekam Kawalerſkim ſłowem dotrzymanie Tych Punktow dopiero przeczytanych,, każdy z nich przez Jałmużnika nominowany ieden po drugim klęknie na kolano lewe przed Krolem, ktory z nich każdemu ſpoſobem wyżey wyrażonym Krzyż przewieſi y onego Szpadą gołą dotknawſzy ramienia, w policzek pocałuie, Kawaler zaś Krola w Rękę, y od Tronu odſtapi.

Na co dla lepſzey wiary ninieyſzy Inſtrument poſtanowienia tego Orderu Kawalerow S. STANISŁAWA co do wſzyſtkich Punktów y opiſu od wſzyſtkich Kawalerow wiernie zachować ſię maiącego, Ręką Naſzą podpiſaliśmy, y Pieczęć dyplomatyczną przyciſnąć roſkazaliśmy. Dan. w Warſzawie dnia 7 Mieſiąca Maja Roku Pańſkiego 1765. Panowania zaś Naſzego Roku pierwſzego.

STANISŁAW AUGUST KROL.

Przy odebraniu Orderu należy ℔ 28
Czerw. zaś ℔ 7. odsyłać do X. Dziewanowskiego
Kadi: Opata Węgrowieckiego Kan. Warsz-
w Warszawie na Kanonikach mieszkającego

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae Severiae et Czerniechoviae.

28

Significamus praesentibus Literis Nostris Quorum interest universis et singulis: Quodcum Magnificus Mathias Sołtyk Castellanus Sandomiriensis constanti et nunquam mutata fide, Nobis et Reipublicae insignia merita contestatus sit, ideo intuitu eorundem meritorum, quo alacriorem ad ulteriora Nobis praestanda reddere Eum volentes, faciendum esse duximus, ut Ipsi Palatinatum Sandomiriensem post fata Magnifici Joannis Wielopolski vacantem, et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, uti quidem praesentibus Literis Nostris, cum Jurisdictione, Juribus, Praerogativis, obventionibus, Immunitatibus, et Observationibus, ex lege, praxi, et antiqua Consvetudine huic Dignitati servientibus damus et conferimus ad extrema Vitae suae tempora, vel sublimioris Stalli Senatorij assecutionem. Quod Omnibus Quorum interest, praesertim vero Magnificis ac Generosis Senatoribus, Dignitarijs, et Officialibus Universaeque Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Magnificum Mathiam Sołtyk Castellanum Sandomiriensem, abhinc pro vero, legitimo, et indubitato Palatino Sandomiriensi habeant, et agnoscant, Eique de loco, authoritate, et praerogativis, et Ipsi respondeant, et ab alijs responderi curent, pro Gratia Nostra Regia. In Quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die XVII mensis Martij Anno Domini MDCCLXXIV Regni vero Nostri X Anno

Stanislaus Augustus Rex

Palatinatus Sandomiriensis post fata Magnifici Joannis Wielopolski Vacans, Magnifico Mathiae Sołtyk Castellano Sandomiriensi Confertur.

Antonius Sikorski S. R. M.tis et Sigilli Majoris Regni Secretarius

In Castro Sandomiriensi Feria Quinta post Dominicam Judica Quadragesimalem proxima videlicet Die Vigesima Quarta Mensis Martij, Anno Domini 1774to.

Ad personalem Oblationem Generosi Antonij Mikulowski Intrdcontentum Privilegium Sacrae Regiae Mattis in Acta praesentia Suscepti ac Inducti.

Cancellariatu
Illrmi Excellmi et Rndmi Domini
Andreae Stanislai Kostka
Młodziejowski
Episcopi Posnaniensis et Varsaviensis
Abbatis Commendatarij Hebdoviensis
Supremi Regni Cancellarij
Sigillatum
Est In actis